8941 imp. Caes. Flavio Vale|rio Constantino Pio | Felici invicto Aug. pon. | max., tribun. potes. | VIIII[1], cos. III, imp. VII[2], p. p., pro|cos., municipium Felix | Thabbora numini | maiestatique eius | devotum.

Henchir-Tambra in Africa proconsulari, ubi fuit Thabbora (VIII S. 23897 vidi ectypum). — 1) A. 314. — 2) Expectaveris imp. VIII *(cf. quae exposui Eph. epigr. 7 p. 430, item supra N. 695 seq.).*

8942 imp. Caes. Flavio Constan|tino maximo pio fel. | invicto Augusto | pont. max., Ger. max., | Sar. max., Brit. max., | Per. max., Aiab. *(sic traditur)* max., | Med. max., Gotico max.[1], | trib. pot. X[2], cos. IIII, imp. VIIII, | p. p., procons., | Annaeus Saturninus cur. r. p. | devotus numini eorum | inposuit, d. d. p. p.

Henchir Dzemda in Africa proconsulari, ubi fuit municipium Semta (VIII S. 23116 descr. Toussaint bull. archéol. du comité hist. 1893). — 1) Cf. supra N. 695. 696. 705. 6091. — 2) A. 315.

8943 optimo et venerabili | d. n. Fl. Constantino | maximo, victori pio | semper Aug. | Fl. Maesius Egnatius | Lollianus[1] v. c., curator | aquar. et Minic. d. n. m. q. e. *(In latere sinistro)* dedicata cum statione | a Fl. Lolliano c. v. cur., | kal. Martis | Ianuarino et Iusto conss.[2]

Romae rep. in foro prope lacum Iuturnae, cf. infra N. 9261, ubi aetate labente fuisse stationem aquarum ex hac aliisque inscriptionibus una repertis apparet (Vaglieri bull. arch. comunale di Roma 1900 p. 71; Boni Notizie degli scavi 1901 p. 129; Huelsen Beitr. z. alt. Gesch. 2, 1902 p. 244 n. 29). — 1) Idem supra N. 1223—1225. — 2) A. 328.

Patera fictilis, ornata imagine Christi sedentis et Constantini Faustaeque nominibus inscripta, museo Britannico ante non multos annos inlata (III S. 14378[a]; Dalton catal. of early christian antiquities in the Brit. Museum p. 160 n. 916 cf. tab. XXXIII), antiqua quidem esse videtur, sed imago illa et inscriptio recens (Wilpert Roem. Quartalschrift 1907 p. 107 seq., 1908 p. 182).

8944 [*p*]acifico piissimo[*q*]ue p[*ri*]ncip[*i*] | d. n. Fl. Cl. Constanti victor[*i* | *e*]t [*t*]riumfatori [*p*]erpetuo Au[*g.*] | Ant. Marcellinus[1] [*et*] Dom. Leonti[*us*[2] | *e*]t Fab. Titianus[3] vv. cc. prae[*ff.*] praet.[4] | n. m. [*q.*] eorum[5] semper dev[*o*]tissim[*i*, | *p*]rocurante Palladio v. p. praesi[*de* | *p*]rovinciae Thraciae, | † consecraverunt †

Prope Nova Zagora, ubi fuit Traiana (ἡ Τραιανέων πόλις) *Thraciae, rep. (III 12330 descr. Skorpil arch. ep. Mitth. XV). — 1) Praefectus praetorio a. 340 (cod. Theod. 6, 22, 3). Consul ordinarius fuit a. 341, cf. supra N. 6113. — 2) De Domitio Leontio praefecto praetorio Orientis cf. supra N. 1234; Momms. proleg. cod. Theod. p. CLXXII. — 3) Consul ordinarius a. 337. Ut praefectus praetorio (Constantis ut videtur) memoratur a. 343. 349 (cod. Theod. 12, 1, 36; 7, 1, 3), idem praefectus urbi N. 741. 8983. — 4) Cf. Momms. Herm. 36, 1901 p. 205 = Ges. Schr. 6, 288. — 5) Apparet titulum Constantii iuxta stetisse.*

---

archive.org